



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XCVI. Praeceptum Karoli Calvi pro Dodone vasso Otgerij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

Appendix

Sancte Simphoriane. Sancte Paule. Ora.
 Ora. Sancte Antoni. Ora.
 Sancte Luciane. Ora. Sancte Machari. Ora.
 Sancte Urbane. Ora. Sancte Pauline. Ora.
 Sancte Projecte. Ora. Sancte Severine. Ora.
 Sancte Vite. Ora. Omnes sancti confessio-
 nes. Ora. Orate.
 Sancte Agapite. Ora. res. Ora.
 Omnes sancti martyres. Sancta Felicitas. Ora.
 Ora. Sancta Perpetua. Ora.
 Sancte Hilari. Ora. Sancta Petronilla. Ora.
 Sancte Martine. Ora. Sancta Tecla. Ora.
 Sancte Benedicte. Ora. Sancta Agata. Ora.
 Sancte Gregori. Ora. Sancta Agnes. Ora.
 Sancte Ambrofi. Ora. Sancta Cecilia. Ora.
 Sancte Augustine. Ora. Sancta Lucia. Ora.
 Sancte Hieronime. Ora. Sancta Anastasia. Ora.
 Sancte Leo. Ora. Sancta Scolastica. Ora.
 Sancte Medarde. Ora. Sancta Eufemia. Ora.
 Sancte Germane. Ora. Sancta Genovefa. Ora.
 Sancte Remigi. Ora. Sancta Radegundis.
 Sancte Fortunat. Ora. Ora.
 Sancte Aniane. Ora. Sancta Gertrudis. Ora.
 Sancte Florenti. Ora. Sancta Enalicia. Ora.
 Sancte Columbane. Sancta Leuchadia. Ora.
 Ora. Sancta Brigida. Ora.
 Sancte Chlodoolde. Sancta Aldegundis. Ora.
 Ora. Sancta Medrisima. Ora.
 Sancte Amande. Ora. Sancta Eugenia. Ora.
 Sancte Vedaste. Ora. Sancta Columba. Ora.
 Sancte Arnulfe. Ora. Sancta Iuliana. Ora.
 Sancte Landeberte. Ora. Sancta Iulitta. Ora.
 Sancte Audoene. Ora. Sancta Baltrildis. Ora.
 Sancte Eligii. Ora. Sancta Praxedis. Ora.
 Sancte Sulpicci. Ora. Sancta Savina. Ora.
 Omnes sancte virgines Dei. Orate pro nobis.
 Omnes sancti. Orate pro nobis.
 Propitius esto. Parce nobis Domine.
 Propitius esto. Libera nos Domine.
 Ab omni malo. Libera nos Domine.
 Per crucem tuam. Libera nos Domine.
 Peccatores. Te rogamus audi nos.
 Ut pacem nobis dones. Te rogamus audi nos.
 Ut Apostolicum nostrum in sancta religione conser-
 vante digneris. Te rogamus.
 Ut mihi Karolo à te Regi coronato vitam & prof-
 peritatem atque victoriam dones. Te rogo audi
 me.
 Ut Hirmindrudim conjugem nostram conservare
 digneris. Te rogamus audi nos.
 Ut nos ad gaudia æterna perducere digneris. Te
 rogamus audi nos.
 Ut liberos nostros conservare digneris. Te roga-
 mus.
 Ut sanitatem nobis dones. Te rogamus.
 Ut compunctionem cordis nobis dones. Te ro-
 gamus.
 Ut fontem lacrimatum nobis dones. Te rogamus.
 Ut spatiū penitentia nobis dones. Te rogamus.
 Ut remissionem omnium peccatorum nostrorum
 nobis dones. Te rogamus.
 Ut animabus parentum nostrorum requiem æter-
 nam dones. Te rogamus.
 Ut cunctum populum Christianum conservare
 digneris. Te rogamus.
 Fili Dei. Te rogamus audi nos. Ter.

Agne Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis

Domine.

Agne Dei qui tollis peccata mundi. Dona nobis

pacem.

Agne Dei qui tollis peccata mundi. Miserere

nobis.

Christe audi nos. Christe audi nos. Christe audi

nos.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster. Et ne nos inducas.

Ego dixi. Domine miserere mei. Sana animam

meam, quia peccavi tibi.

Domine exaudi orationem meam, & clamor

meus ad te veniat.

Miserere mei Deus.

O R E M Y S.

Deu s, qui in sanctis habitat, & pia corda
 sanctorum tuorum libera nos à terrenis desideriis
 & cupiditate carnali, ut nullo in nobis regnante
 peccato, tibi soli Domino servire mereamur. Per
 Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum
 vivit & regnat Deus in unitate Spiritus sancti per
 omnia secula seculorum. Amen.

Benedicamus Domino. Deo gratias.

X C V I.

*Præceptum Karoli Calvi pro Dodone
 vasso Ogerij.*

In nomine sancte & individua Trinitatis. Karolus Dei gratia Rex. Regalis celstitudinis moris est donis multiplicibus fideles suos & honoribus ingentibus honoretur atque sublimetur. Proinde moitem parentum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celstitudini nostre cuidam fidelis nostro Dodone vasso Ogeri fidelis nostri de quibusdam rebus nostris proprietatis honorare atque in ipsius jus ac potestate conferre. Idcirco noverit experientia atque industria omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam & futurorum quia concedimus memorato fidelis nostro Dodoni vasso prædicti fidelis nostri Ogerij quafdam res iuri nostri sitas infra Septimanæ regnum in pago Ruffisionenfe, id est, villulam que vocatur Prunetus cum suo villare Domnolino, vel cum omnibus eorum appendiciis. Seu etiam & concedimus ei alium villarem cuius vocabulum est villare Manfaldi, cum finibus suis. His verò prædictis villulis cum eorum adjacentiis huic fidelis nostro prædicto Dodoni ad perpetuum per hanc nostræ largitionis constitutionem concedimus & de nostro iure in jus ac potestatem illius pro solemani donatione transferimus, ita videlicet ut quicquid ab hodierno die & tempore ex prædictis villulis exinde pro sua utilitate atque commoditate jure proprietario facere decreverit, liberam ac firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendo, tam donandi quam vendendi, seu comitandi, necnon etiam suis heredibus relinquendi. Et ut hac nostra largitionis atque donationis auctoritas perpetua obtineat, firmatam, manu propria subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione adsignati jussimus.

Signum

An. 1629.
 Ex archivo
 S. Petri Ro-
 denha in
 diocesi Go-
 tunderii.

Signum Karoli glorioissimi Regis.
Alno ad vicem Iigilgerio recognovit.
Data 11. Kal. Martij anno XXIX. Indictione
VII. regnante Karolo glorioissimo Rege.
Actum monasterio sancti Dionysij in Dei no-
mine feliciter. Amen.

XCVII.

*Præceptum Karoli Imperatoris de Ecclesiæ
que est in villa Iuffiaca.*

An. 869.
Ex charta-
rio S. A.
nei Mc-
caus.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex. Quicquid pro amore Dei sanctiorumque reverentia agimus, profutrum nobis ad præsentis vite curricula secularis transienda & ad future beatitudinis præmia feliciter obtinenda non dubitamus. Comperiat ergo omnium fidei-um sanctæ Dei Ecclesiæ nostorumque præfensionem ac futurorum sollertia quia ob Dei & sancti Arnulphi præcipuū confessoris atque Pontificis amorem & honorem libuit celsitudini nostræ, ad depreciationem carissimi nobis filii nostri Karolomanni reverendi Abbatis, quandam capellam in pago Molfenii in villa Iuffiaca in honorem sancti Hilarij confessoris fundatam & dedicatam cum suis appendicibus cum & tisque sibi pertinentibus rebus & manciis Ecclesiæ præfati sancti Arnulphi ad luminaria inibi continua & vinum sacrificio ministrandum pro nosrourum absolutione pec-camini largiri & largiendo eam habendam & canonice ordinandam confirmare. Vnde hoc altitudinis nostra præceptum fieri eidemque sancto loco dari iustius, per quod præfata capellam cum dominibus, adiunctis, curtis, viridariis, hor-bris, vineis, terris, silvis, pratibus, aquis aquarumque decuribus, manciis utrinque sexus desuper comanentibus vel ad eandem capellam justè & legaliter pertinentibus plenâque integratæ eidem Ecclesiæ perpetram habendam & canonice ordinandam largimur, delegamus, & confirmamus, ita ut nulli rectorum ipsius monasterij liceat ex eisdem rebus quicquam substrahere aut minuire aut in alios præter quos constitutum usus recorquere; quatenus Canonici ipsius monasterij liberis devotissime pro nobis, coniuge, & prole totiusque regni nostri statu continuique preci- bus Dei misericordiam implorarent. Ut autem hujus nostræ largitionis auctoritas inviolabili obtineat firmatatem, manu propria signavimus, & anuli nostri impressione sigillari iustifimus. Data v. Iduum Septembri Indictione II. anno XXIX. regnante Karolo glorioissimo Rege, & primo in successione regni Clotarii. Actum Metis civitate in Dei nomine feliciter. Amen.

XCVIII.

*Notitia judicij pro monasterio sancti Andreæ
Exalatensis in diœcesi Helenensi.*

An. 869.
Ex char-
tario mo-
nasterij
Cuxanen-
sis.

IN judicio Salomonis Comitis, Eldefindo Vicecomite, & de judicis qui iusti sunt cau- fas audire, dimittere, vel judicare, id est, Tra-

Tom. II.

sebado, Ermemiro, Absalon, Longobardo, Be- rane, Galindone judicum, & in præsencia Vu- liemundo Presbytero, Valatrico Presbytero, Vi- terico, Sunario, Vvanzane, Sunario, Frede- nando, Sanfon, Dodone, & Gintile faione, vel aliorum plurimorum honorum hominum qui in ipso judicio residabant, veniens homo nomine Recofindus, quicque mandatarius Salomon Comiti, causas perquirere vel mallare, unde & di- cens: Audite me cum isto mandatario de Vvitizane Abbate & Protatio Presbytero, qui iphas cartas accepit de ipsum alode de villa Canavellas & Tref- vallos & Vicinas de Anna & Eldeberto Abbate, & eas protulit in jndicio, qualiter tenet in ipsis fu- prædicti locis, casalibus, vineis, terris, hortos, & arbores, qui debet esse de beneficio seniori no- stro. Tunc ipsi judices ad ipsum mandatario no- mine Vvardina dixerunt: Quid ad hac respondes? Et ille dixit: Ego omnia ista teneo per isto manda- to cuius vocem prosequor per cartas legibus fac- tas quas fecit Anna & Eldebertus Abba cum monachis suis, & ad illos fecit Rorudres pro elec- mosyna, & illud aliud dimisit filie sue Anne, & illa fecit carta faciente Protatio ad domum sancti Andree elemosynarum. Iterum prædicti judices Recofindus Mislo Comitis dixerunt: Potes habere testes aut scripturas aut ullum indicium veritatis unde legibus convincere possis ut per triginta annos quieto ordine fuisset beneficius, & proprius non debuisset esse de ista Anna aut de matre sua Rorudre aut avio suo Berane Comite aut in isto aut in alio aut in tertio placito. Et ille Recofindus in suo responso dixit: Non possum habere quod dicitis nulloque tempore. Tunc ipsi judices interrogaverunt ipsum mandatario cœnobio sancti Andree si potuisset adsumere vocem datoris & firmare legibus cum testimonio iphas cartas & ip- sum alodem ut infra istos triginta annos aut supra legibus aut quiete tenuisset aut postcessores fuissent Anna aut matre sua Rorudres qui istas cartas do- nationis elemosynarum fecerunt ad sanctum Ste- phanum vel sancto Andree ex voce avi vel patri suo Berane. Et ille respondit: Sic possum habere tale testimonia quomodo Bera Comes habuit ip- sum aludem ex comparatione vel alode patento- rum suorum & quiete possedit & dimisit filia sua Rorudre, & Rorudres quiete tenuit per triginta annis & supra & quiete dimisit filie sue Anna vel Eldeberto Abbate pro catta donationis per legis ordine. Vnde sic dedit iste Vvardina mandatarius vel Protatus Presbyter tale testimonio qui jura- verunt ad seria conditiones sicut superius scriptum est. Iterum prædicti judices Recofindus mandata- rius Salomonis Comitis dixerunt: Fac citò exava- cationem sicut superius responsum dedisti. Sic me excave ego Recofindus ab interrogatione judicium quod non possum diffamare ipsos testes & iphas scripturas, nec testes ampliores nec me- liores ut legibus convincere possim ut beneficius debeat esse nec per scripturas nec per nullum indi- cium veritatis nec in isto placito nec in alio nec nulloque tempore, & haec mea excavatio vera est, quod negare possum in vestro supradicto ju- dicio. Facta excavatione sub die x. Kalendas Septembri anno XXXVIII. regnante Karulo Rege. Recofindus subscripti & feci. Fredemundus Bbbb